

der Eintrag: 'Adolphus rex imperavit apud Theutonicos annis 6. Hic ante fuit comes in Nassauw et electus fuit anno Domini 1292. Hic fuit vir strenuus in armis, sed potencia non multum; huius tempore orta fuit guerra in Vasconia inter Philippum regem Francie et Eduardum regem Anglie, in qua plurimi perierunt. Hic Adolphus dominum Iohannem de Babilone constituit vicarium suum et misit in Tusciam, quem Bonifacius papa¹ favorabiliter recepit. Hic Adolphus congregavit exercitum contra Albertum ducem Austrie, Rudolffi predecessoris sui filium; pugnaverunt simul, in qua pugna Adolphus occiditur, et sui in fugam convertuntur anno Domini 1298, et benedictione caruit. Quem successit Albertus dux Austrie, qui imperavit annis decem etc.' Mit mehreren Berichten übereinstimmend.

Fol. 239: 'Anno Domini 1329 circa Laurencii fuit destructum monasterium Sancti Albani cum reliquis et combustum per civitatem Moguntinam et sequitur vindicta'. Dann folgt die Urkunde Ludwigs des Baiers gegen die Aufrührer.

Fol. 246: 'Anno Domini 1486 die sabbati proxima ante dominicam Oculi in convocacione cleri in loco capitulari ecclesie Maguntinensis habita fuit conclusum iuxta comporationem votorum singulorum capitulorum desuper factorum, quod in adventu gloriosissimi domini nostri imperatoris Friderici et invictissimi domini regis Maximiliani aut alterius eorundem ad hanc civitatem Maguntinam debeant acceptari ante gradus ecclesie beate Marie ad gradus cum processione per clerum in albis et deduci ad altare summum ecclesie Maguntine et ibidem fieri collacio egregia per dominum predicatorem eiusdem ecclesie, et cuilibet dictorum duorum dominorum adveniencium fieri propina unius plaustris vini electi ac quatuor maldrorum tritici in panibus ac 30 sacc. avene, sed non venerunt, ergo propina fuit facta eis in Pingwia'. Offenbar Eintrag eines Zeitgenossen.

Fol. 286: 'Bonifacius VIII. nacione Campanus de civitate Anagnia electus in vigilia vigilie Nat. Christi anno Domini 1294, suo predecessore² Celestino adhuc vivente, sedit annis 8, mensibus 9, tempore Adolffi de Nassauwe regis Romani, anno suo 2, qui Adolffus congregavit exercitum contra Albertum ducem Austrie et ibidem Adolffus occiditur et Albertus in regem coronatur et rexit annis 10'. Von einer Hand des 14. Jahrh. Ein Schreiber des beginnenden 15. Jahrh. hat auf fol. 114 v. Weisagungen für die Jahre 1414 und 1415 aufgezeichnet unter der Ueberschrift: 'Effectus futurorum in anno 1414 et 15'.

'Conclusio prima. Item prima, quod de mensibus Februario, Marcio, Aprili et Maio multi homines infirmabuntur, et illa infirmitas modicum durabit et pauci moriuntur.

1) Darüber 'VIII'. 2) 'predecessori' Hs.